

**1142** S. I. SIBB. Rep. at *Erskin upon the river Clyde* GIBS. Ad vallum pertinens, sed originis incertae, universitati Glasguensi data a Guil. Hamilton of *Orbiston* GORD. Ex dono D. Wil. Hamiltoun de *Orbestoun* 1695 MON. Found on the *Chapel-hill, West Kilpatrick* STUART. Lapis altus est ped. 1 dig. 6, latus ped. 2; litterae in tabella ansata.

AP · C · T · AE ·      rosa  
I A D R I A N O  
N T O N I N O      Genius  
G · P I O · P · P ·      alatus  
E G · X X · V · V      (in ansa)  
D X I

Contuli. Sibbald *hist. inq.* tab. 1 (non in textu); Gibsons *Camden* ed. II 2 p. 1215; Gordon *it. sept.* tab. 14 fig. 3; Stukeley *it. bor.* tab. 74, 2<sup>a</sup>, 2; Horsley p. 197 *Scotl.* 6 (inde Goughs *Camden* 4 p. 99 tab. 3 fig. 5; Hoare *Gyr. Cambr.* 1 p. 127. 134 tab. 4, 24; Hodgson 2, 3 p. 267); *Monum. Scot.* 6; Stuart p. 289 tab. 7 fig. 2.

[I]mp(eratore) C(aesare) T. Ae(lio) [H]adriano  
[A]ntonino [A]ug(usto) Pio p(atre) p(atriciae)  
[vex(illatio) [I]eg(ionis) XX V(aleriae) v(ictricis)  
[p(edes) IIII (milia)C] D X I

**1143** Dundri apud D. Marescallum Scotiae GER. Hac proficiscentes me inviserunt quidam nobiles Germani, qui Galliam, Scotiam et Brytanniam peragrantes Romanas inscriptiones undique colligentes [*sic*]; inter quos unus erat Servatius Reichell. Is sequentem inscriptionem quam in Scotia invenerat, aureis litteris obductam, mihi descripsit. In porticu fortissimi propugnaculi, quod pertinet ad illustriss. dn. Comitem Mareschall, Dunôtyr dicti (nunc *Dunnotar Castle*, prope *Stonehaven*), habetur haec elegantissima inscriptio BAINBR. In Scotia, in illustrissimi comitis Mareschalli arce fortissima (Dunnotir vulgo dicta) in porticu muro inclusa est haec elegantissima inscriptio ANON. At *Cadir Manor* this inscription was found SIBB. Digged out of *Graemes Dyke, at the Marshals House of Dunotyr* MORT. From *Dunnotar Castle* GORD. In *Mareshal college at Aberdeen*, dono comitissae Mareshal HORSL. Inde a. 1761 pervenit Glasgoviam in museum Hunterianum, 'vir nobilissimus Georgius Keith, Scotiae comes Mareschallus, lapidem hunc donavit academiae novae Abredonensi, quae eundem cum consensu eiusdem comitis dono dedit academiae Glasguensi ann. dom. MDCCLXI' MONUM. Litterae intra tabellam ansatam, ansae ex capitibus aquilinis formatae. Margo et litterae adhuc apparent deauratae, quod factum esse iussu comitis Mareschalli CAMDENUS testatur. Lapis longus ped. 3 dig. 2<sup>1</sup>/<sub>2</sub>, altus ped. 2 dig. 10.

IMP · CAESARI  
T · AELIO · HADRI  
ANO · ANTONINO  
AVG · P I O · P · P ·  
5 V E X I L L A T I O N  
L E G · X X · V A L · V I C · F  
P E R · M I L · P I I I

a. 1607 p. 699 a Servatio Rihelio, cf. n. 1127; Donat. 140, 3 'ex schedis S. Gnocchi'; idem p. 281, 4 ex descriptione Scotiae a. 1662 Amstelodami apud Io. Blaeu impressa p. 5, quae ex Camdeno fluxit; ex Don. Orell. 3565); Anonymus *ibid.* f. 281; Sibbald *hist. inq.* p. 52, tractatus varii (spec. gloss.) p. 52 vv. non divisus (ex Grut. idem cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 295 addita pagina Gruteri); schedae Mortonis n. 2; Gordon *it. sept.* p. 62 tab. XII fig. 2; Horsley p. 204 *Scotl.* 26 (inde Hoare *Gyrald. Cambr.* 1 p. 127. 135 tab. 4, 25; Goughs *Camden* 4 p. 95. 98. 100 tab. 4 fig. 2; Hodgson 2, 3 p. 263; Newton p. 112, 56); *Monum. Scot.* 14; Stuart p. 364 tab. 15 fig. 8.

5 VEXILLATION GORD., Horsl. qui addit N in fine additam errore quadratarum ab eodem postea deletam esse; ut mihi quoque visa est. 6 LEGI · XX · VAL · VIC · E Gruteri exemplum Velsarianum, quod corrigitur in ed. II.

Contuli. Gericius cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 306 (Grut. 256, 8 'e schedis Velsari'; in ed. II additur 'accepi ab oculato teste D. Llyud Masson'); Bainbrigg *ibid.* f. 332 (*Camden* ed. VI

**1144** In museo Edinburgensi, originis incertae.

D M  
C · ACILIO BASSO  
MEDIC · DVPLIC  
COLLEGAE · EIVS

Ioh. Stuart misit. Potest originis esse externae; sed in Britannia quoque medicos in collegia coisse consentaneum est. Medicus duplicarius fortasse hic primum comparet.

**1145** Pars arae superior, originis incertae.

IIBNRIVI  
IAV

Stuart tab. 15 fig. 2, qui in libro suo ipso nihil de hoc fragmento profert.

Fuitne [d]ib(us) [t]rivi(is)?

## LXVII. ARDOCH.

A vallo Pii versus septentriones (quae regiones quo modo occupatae sint a Romanis diu multumque quaesitum est ab historicis et antiquariis Britannis) pauca tantum, ut consentaneum est, imperii Romani vestigia reperta sunt.

Inter *Falkirk* et *Kilsyth* oppida medio fere itinere, a *Castleary* vero valli statione, ut coniecimus, secunda versus septentriones oppidi antiqui parietinae, quae sitae sunt ad fluvium *Carron* in *Larbert parish* (iuxta *the Carron Iron works* et prope vicum hodiernum *Camelon*), observatae sunt ab historicis Caledoniae paene omnibus, veluti a 'Sibbaldo (*hist. inq.* p. 34. 41) et Gordone (*it. sept.* p. 23; cf. Horsley p. 172; Roy p. 126 tab. 29; Goughs *Camden* 4 p. 96. 104; Stuart p. 180). Quod oppidum utrum re vera Romanum fuerit atque idem, quod Bedae *Caer Guidi* est, in incerto relinquo; dicuntur certe ibi eruderatae esse patellae aliaeque instrumenti domestici reliquiae; sed tituli inde prodierunt nulli.

Iuxta *Camelon* extabat olim monumentum singulare, quod *Arthurs Oon* et *Iulius' Hoff* sive *house* a vulgo vocabatur, aedificium scilicet rotundum ex lapidibus quadratis affabre factum, quod utrum sepulcrum fuerit an templum aut domus privata lis est inter antiquarios Britannos, quam non huius loci est diiudicare. Notum iam erat Nennio et Bedae describiturque ab Scotiae historicis paene omnibus inde ab Hectore Boetio et

Iohanne Buchanano (cf. Gordon *it. sept.* p. 24 ss.; Roy p. 153 tab. 36; Goughs *Camden* 4 p. 96; Stuart p. 183 tab. 5 fig. 1); litterae certe, quae dicuntur in eo fuisse, Romanam eius originem non probant, nam sunt antiquitatis admodum suspectae (vide n. 14\*).

Similiter quem prope *Stirling* oppidum in rupe scriptum esse titulum Sibbaldo rettulerunt (n. 15\*) inter suspectos esse relegandum patet, quanquam ei Romani aliquid subesse potest; certo item novicius est qui servatur in museo urbis *Perth* (n. 16\*).

Restat titulus unicus omnium qui adhuc innotuerunt ex toto orbe Romano maxime versus septentriones repertus (n. 1146), quem prodiisse fama est non nimis certa ex castris sine dubio Romanis ad *Ardoch*, quae ad Agricola expeditionem referre solent antiquarii Britannici omnes (cf. Gordon *it. sept.* p. 41 ss.; Horsley p. 205; Roy p. 62 tab. 10 et 30; Goughs *Camden* 4 p. 121; Stuart p. 188 ss. tab. 5 fig. 2. 3). Cum sepulcralis sit militis cohortis I Hispanorum neque videatur antiquior esse saeculo secundo exeunte, probat sane per aliquod temporis spatium in vicinia praesidium fuisse, quod vallum Pii ita defenderet, ut *Bremenium Habitancium* alia castella a vallo Hadriani versus septentriones sita vidimus vallum illud defendisse.

Ab *Ardoch* magis etiam versus septentriones, quo Agricola sane